

FLATUS CUPRESSORU W

Nivea alba silentia

Nivea alba silentia
cum mortuis papilionibus
in vicinia mea cadentia

Calcantes viam
corda nostra
cum avibus sunt tacentia

Alba
candida silentia
latratus canis accipientia
flentis mortem filii unici
pauperis villic

Et arboreta nuda
manus porrigentia
manibus stultorum sunt similia

Et palmae eorum vacuae
dormiunt in alba vicinia

O nivea
alba silentia
mox omnia fient vitrea
et in pallio plenilunii splendentia
sed in corde nostro latrantis canis
verba sunt ut voces rivi rauci
et nos sumus in albis palliis
cum laetitia nostra
tam
tam pauci

Zagreb.

T. Smerdel.